



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiae Venusinae, ac deinde Aesinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1706**

Titulus VII. De Juramentis præstandis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

## TITULUS VII.

## De Juramentis Præstandis.

## Juramenti Fidelitatis.

## FORMULA I.

## SUMMARIUM.

- 1 Qui teneantur præstare juramentum Fidelitatis, traditur remissivè.
- 2 Qui per se ipsum juramentum Fidelitatis non præstat, an possit illud præstare per Procuratorem, referuntur opiniones.
- 3 Moniales ad præstandum juramentum

- Fidelitatis non egrediuntur clausuram, & rejicitur Tamburin.*
- 4 Declaratur doctrina Peltizzarii, & alia Fagnani refertur, num. 5.
  - 6 Affertur casus, in quo Abbatiſſa poſſet egredi à Clausura ad præstandum juramentum Fidelitatis.
  - 7 Juramentum Fidelitatis fuiſſe præſtitum, quam per ſcripturam probari non poteſt.
  - 8 Conditiones, quas debet habere tale juramentum, referuntur remiſſivè.

**E**GO N. electus ..... Diœceſis N. ab hac hora in antea *Fidelis*, & *obediens* ero B. Petro Apoſtolo, Sanctæque Romane Eccleſiæ, ac Sanctiſſimo D. N. Pape N. ejuſque Succelſoribus canonicè intrantibus; conſilium quod mihi per ſe ipſum, aut per nuncium manifeſtabit, ad ejus damnum, & detrimentum, nulli pandam; juridiſtionem, auctoritatem, regalias, honorem Romane Sedis, quantum in me erit, & potero defendam, & contra quolcunque in hac defenſione adjutor ero, & conſervare curabo; aſſenſum, nec conſilium ſub quovis prætextu eis, qui contra ipſum Summum Pontificem, vel eandem Romanam Eccleſiam, aliqua præjudicialia machinarentur, numquam præſtabo; immò ſi talia à quovis iniquitatis filio procurari, & moliri novero, vel tractari, impediam hoc pro poſſe: & quanto citiùs potero ſignificabo eidem Sanctiſſimo D. N. Pape, vel alteri, per quem poſſit ad ipſius notiſiam pervenire. Regulas SS. Patrum, Decreta, Ordinationes, Reſervationes, Conſtitutiones, & Mandata Apoſtolica totis viribus obſervabo, & ut alii obſervent curabo. Hæreticos, Schiſmaticos, & Rebelles Sanctiſſimi D. N. ejuſque Succelſorum, pro poſſe perſequar, & impugnabo. Vocatus ad Synodum accedam, niſi præpeditus fuero canonicè. Legatum Apoſtolicæ Sedis honorificè tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Bona ..... inconſulto Romano Pontifice non vendam, non oppignorabo, nec aliquo modo alienabo; & ſi contrafecero, pœnas canonicas eo ipſo incurrere volo: *Sic me Deus adjuvet*, & hæc Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta.

Ita Fidelitatis juramentum præſtavi, & præſto Ego N.

A D.



## ADNOTATIONES.

## 1. FIDELIS ET OBEDIENS.

Hæc juramenti Fidelitatis formula, quam adhibent Dignitates Cathedralium propter annexa, & dependentia ab eorum, Præbendis, & titulis, necnon provisi de Monasteriis, & Abbatibus, desumpta est in substantialibus ex *Textu in cap. Ego N. de jurejur. & ex Pontificali Romano*: Quis autem alius teneatur de jure hoc juramentum præstare, agunt, Ricc. collect. 3342. Pirhing. in *jus can. lib. 2. tit. 24. num. 14. & lib. 5. tit. 33. n. 100.* Barbof. in *cap. Antiqua num. 9. de privil. & excess. privilegat. Corrad. prax. Benef. lib. 2. cap. 16. num. 52. & seq.* ubi dat consimilem formulam.

## 2. SIC ME DEVS ADJUVET.

Si quis per se ipsum non valeat accedere ad præstandum juramentum Fidelitatis, an illud possit præstare per Procuratorem, res pacifica inter DD. non est. Nam Tusch. *litt. I. concl. 537. num. 9. & seqq.* distinguit, quod si Dominus non vult recipere Procuratorem, & principali non est impeditus, tunc debeat præstari personaliter; si verò Dominus sit inferior jurare debentis, & tunc admittatur Procurator.

Ricc. verò d. *collect. 5342. vers. sed an tale*, & Pirhing. in *jus can. lib. 2. tit. 24. nu. 153.* tenent, quod Vassallus si est impeditus, vel absens, debeat admitti Procurator.

Tambur. autem de *jur. Abbat. tom. 1. disp. 8. quæst. 3. num. 14.* indistinctè opinatur quod ad præstandum juramentum Fidelitatis arctetur quis ad personaliter comparandum, etiamsi impeditus sit, & hoc ampliat ad Moniales, quæ vult, quod in isto casu petita, & non obtenta licentia, possint egredi, absque violatione Clausuræ, & hanc suam opinionem confirmat in *tr. de jur. Abbat. disp. 20. quæst. 2. nu. 5.* & illum sequuntur, sicut oves Pellizar. de *Monial. cap. 5. num. 63.* Passerin. in *cap. Periculoso num. 73. de stat. Regular. in 6.*

3. Attamen Tamburin. in hac ampliatione *malè sonat*: Quia in Italia, aliisque Provinciis, ubi fuit receptum, & hodiè servatur Concil. Tridentin. egressio

Monacelli Form. Pars I

Abbatissæ, sive Monialium ad præstandum juramentum Fidelitatis non permittitur: Tum quia violatio Clausuræ infringit Votum solemne: Tum quia DD. supra relati admittunt, quod Vassallo impedito recipi debet Procurator: Tum demum quia speciale est Monialibus, quod juramentum Fidelitatis præstent per Procuratorum, sic docet Tusch. *litt. F. conclus. 117. num. 10.*

4. Neque subsistit suppositum Pellizarii consocii Tamburin. quod nempe constitutio Bonifacii VIII. relata in *cap. Periculoso, §. Verum est de stat. Regular. in 6.* in qua egressio ex ista causa expressè permessa, non fuerit revocata, sed potius confirmata per Bullam Pii V. Nam si Pellizar. intelligit de primo motu proprio incipien. *Circa Pastoralis*, ejus assertum falsum est: Si autem loquitur de secunda Pii Bulla declaratoria subsequenter emanata, quæ incipit *Decori*, & assertum falsum est: Quia ut patet legenti verba §. 2. & 3. secundæ Constitutionis, altera præcedens Bonifacii VIII. explicitè hac in parte sublata fuit, ut bene advertit Fagnan. in *cap. Quæ in Ecclesiarum num. 73. de Constitut.*

5. Cavendum est igitur, ut ipse Fagnan. monet in *cap. Recolentes de stat. Monach.* à doctrina Tamburin. & quorundam aliorum Theologorum modernorum, qui scripserunt, Moniales à Clausura egredi posse non solum in tribus casibus enumeratis in dicta Constitutione Pii V. sed etiam in similibus, vel dum urget alia causa, quos refellit.

6. Vel ad summum practicandum hoc esset in casu, quod nisi Abbatissa præstaret per se ipsam juramentum Fidelitatis alicui Principi secularium potenti, illicò spoliaretur bonis, & Moniales alimenta aliunde non possent habere; tunc inquam ne fame pereant, quia periculum esset in mora, ex identitate rationis ad tres casus expressos in Bulla Pii V. licitè concederetur ab Ordinario licentia egressus, ad tradita per Pac. Jord. *tom. 2. lib. 7. tit. 12. num. 156.*

7. An autem hoc juramentum post lapsum longi temporis præsumatur præstitum, necne? Ricc. *collect. 1541. & collect. 3341.*

in fine,



*in fine*, tenet negativam, & quod non possit, nisi scripto probari.

8. Quando autem hoc juramentum Fidelitatis alteri; quàm Papæ præstandum sit, tunc formula erit varianda juxta domini, cui promittendum est, qualitatem, & continere debet illas sex conditiones, quæ enumerantur *in cap. de forma* 18. 22. q. 5.

Juramenti provisi de Beneficio.

FORMULA II.

SUMMARYM.

- 1 Beneficiati, & administratores locorum piorum debent conficere Inventarium.

2 Nominatus ad Beneficium jurispatronatus cum pacto, quod debeat succumbere expensis litis, an committat simoniam?

3 Presentatus ad Beneficium Ecclesiasticum, si quid minimum pro presentatione promittat, committit simoniam, etiamsi promissum erogari deberet in utilitatem Ecclesie.

4 Juramentum de residendo in Ecclesiis Parochialibus non deferitur.

5 Juramenta, quæ deferuntur Beneficiariis provisi de Beneficiis, promanant à jure communi.

**E**GO N. provivus de Ecclesia N. (*si Ecclesia in titulum collocata fuit*) seu (de Beneficio N.) juro me futurum fidelem, & obedientem Sanctæ Matri Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, & Reverendissimo D.N. Episcopo, & cuicumque ejus legitimo successori, neque me de bonis Ecclesiæ prædictæ (seu Beneficii) vel de ejus fructibus, aut super eis pacta illicita cum ullo prorsus inivisse: Juro item de bonis ejusdem Ecclesiæ (vel Beneficii) tam mobilium, quàm immobilium *Inventarium*, quamprimum potero, *me facturum*, & intra menses... Ordinario exhibiturum, possessiones, & bona ad ipsam Ecclesiam (seu Beneficium) pertinentes, & pertinentia non venditurum, donaturum, pignoratuum, aut aliàs quovis modo contra juris dispositionem alienaturum, immò alienata, & distracta pro posse recuperaturum, & Ecclesiæ (seu Beneficii) jura defensurum, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Si autem provivio secuta fuerit virtute præsentationis, Formula juramenti talis erit.

FORMULA III.

**E**GO N. nominatus, & præsentatus (vel electus) ad Ecclesiam (vel Beneficium N.) juro me Ecclesiæ (vel Beneficii) obtinendi gratia, ut ad illam, vel ad illud præsentarer, vel nominarer, vel eligerer, neque alium quemquam meo nomine me sciente, & consentiente, quicumque Patrono, seu Patronis, vel cuiquam alteri promississe, dedisse, donasse, compensasse, aut prius datum confirmasse, vel apud quemquam deposuisse, aut mutuuum dedisse, aut quocumque titulo mihi debitum remisisse, neque de bonis, aut fructibus, & oblationibus præteritis, presentibus, & futuris, donationem, remissionem, locationem, promissionem fecisse, promississe, aut inivisse; juroque me futurum fidelem &c. (*& sequere ut in præcedenti Formula.*)



Alia brevior.

FORMULA IV.

**E**GO N. juro in nominatione, & præsentatione de me facta per N. Patro-  
num ad Beneficium N. in Ecclesia N. non intervenisse, neque intervenite  
aliquam simoniæ labem, nec aliam illicitam pactiõnem expressam, neque tacitam  
sic me Deus adjuvet &c.

ADNOTATIONES.

1. **I**NVENTARIUM ME FACTURUM.

Promissio jurata conficiendi Inventarium, recipi, & injungi poterit, quia omnes Beneficiati, ut alibi jam diximus, juxta dispositionem Constit. Sixti V. quam refert Quarant. in Summ. Bullar. verb. Archivium, tenentur illud conficere, sicuti & Administratores locorum piorum, Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Juvenac. 25. Januar. 1697.

2. **NEC ALIAM ILLICITAM PACTIõNEM.**

Quæsitum fuit in Sac. Congr. Concil. in una Civitatis Plebis, an præsentatus, & nominatus ad Beneficium jurispatronatus cum pacto, quod deberet succumbere expensis litis super Beneficio vertentis, commiserit simoniam, adeout indigeret absoluteione? & die 7. Julii 1696. responsum fuit -- indigere absoluteione ad cauthelam: Et hoc quia non intervenit vera simonia, cum Capitulum Cathedralis præsentans, nihil recepisset, & præsentatus ignorabat pactum, de quo nulla mentio habebatur, in institutione.

3. Cæterum quando fieret pactum dandi, vel recipiendi aliquid, etsi minimum temporale, simoniacum esset, etiamsi promissum erogari deberet in utilitatem Ecclesiæ, Garz. de benef. p. 8. cap. 1. n. 32. Beljet. disq. Cleric. p. 2. tit. de pœn. Cler. §. 35. n. 5.

ubi de eo, qui promiserat sternere, porticum, Rot. cor. Seraph. dec. 767. n. 4. ubi de eo qui indemnes relevare promiserat ab omni damno præsentantes, & admittentes, & communiter tradunt Tondut. quæst. Benef. tom. 1. p. 2. cap. 5. §. 1. n. 5. Sperell. decis. 180. n. 43. Corrad. prax. Benefic. lib. 4. cap. 5. n. 51.

4. **SIC ME DEVS ADJUVET.** In Synodo Cæsenaten. typis edita anno 1695 offertur Formula juramenti, quam dat Pac. Jord. tom. 2. lib. 10. tit. 40. n. 189. in qua ponitur clausura -- & Ecclesiæ ipsi, vel Beneficio per me ipsum deserviturum, & ad eam, vel ad illud assidam residentiam facturum: Quam in mea Formula consulto omisi: Quia post Conc. Trid. receptio juramenti de residendo in Ecclesia Parochialibus (de quibus loquitur dicta Synodus) non est in usu, prout de hoc sciscitanti respondit Sac. Congr. Episc. Episcopo Feretr. 16. Julii 1591.

5. Præmissæ autem juramentorum formulæ emanant à jure communi in c. Tuos il. 1. & cap. Brevi de jurejur. necnon à Conc. Trid. sess. 22. c. 11. & sess. 25. c. 9. de refor. c. Nulli liceat de reb. Eccles. non alien. Non enim juramenta præstantur Episcopo contra dispositionem Text. in c. Nullus de jurejur. sed Ecclesiæ ratione commissæ administrationis Beneficii, juxta censuram Concil. Tolet. in cap. Quamquam 23. dist. Abb. in d. c. Nullus n. 2. ibique Hostien.

Juramenti Punctatoris Capituli.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

1. Episcopus cogit Canonicum Punctatorem ad præstandum juramentum de fideliter punctando.

2. Et si adhuc de illius fide suspicatur, eligit Contrapunctatorem.

**E**GO N. Chori Ecclesiæ Cathedralis N. Punctator electus, promitto, spondeo, & juro me officium, quod suscepi, fideliter, & sincerè quantum in me

Q 2 est



est executurum, & impleturum, nec quicquam in eo favore, aut gratia humana acturum. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

## ADNOTATIONES.

**1 ET JURE.** Potest Episcopus cogere Canonicos Punctatores ad præstandum juramentum de fideliter punctando, Barb. in Summ. dec. Apostolic. collect. 301. n. 29. & de Canonic. & Dignit. cap. 34. n. 20.

**2 FIDELITER.** Si de Punctatoris fidelitate, aut de illius negligentia dubitetur, tunc Episcopus poterit eligere, & deputare Contrapunctatorem sibi benè visum, ut rescripsit Sac. Congreg. Episcop. Episcopo Fundano 16. Martii 1593. Nicol. fosc. verb. Punctator n. 1. Christpin. de Visit. part. 2. §. 20. num. 24.

Juramenti præstandi ab Examinatoribus Synodalibus.

## F O R M U L A VI.

In Synodo.

**E**GO N. deputatus in præsentì Synodo Examinator eorum, qui eligentur ad Parochiales Ecclesias, juro me fideliter hoc examinandi munus performaturum, rejecto omni humano respectu. Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Extra Synodum.

## F O R M U L A VII.

## S U M M A R I U M.

**1 Electio Examinatoris Synodalis potest probari alia specie probationis, licet**

*in Synodo non reperiatur descriptus*  
**2 Juramentum Examinatorum Synodali-  
 um est de forma substantiali, eoque  
 deficiente, concursus factus coram  
 eis est nullus.  
**3 Sufficit tamen semel fuisse præstitum.**  
**4 Juramentum hujusmodi non præsumi-  
 tur præstitum, sed debet probari.****

**E**GO N. Examinator in Synodo electus promitto, spondeo, ac juro munus, & officium mihi demandatum me fideliter quacunque humana affectione postposita, & sincerè quantum in me est executurum; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

## ADNOTATIONES.

**1 IN SYNODO ELECTUS.** Quod quis fuerit electus Examinator in Synodo, probari potest alia specie probationis, etiamsi in Synodo non reperiatur descriptus, ut dicit Card. de Luc. de Paroch. disc. 2. n. 14. ideòque ut supra alibi tetigi, qui hanc qualitatem negat, illam concludenter probare debet, Lotter. de re benef. lib. 2. q. 31. n. 89. Barb. sup. Conc. sess. 24. c. 18. n. 102. de Ref.

**2 AC JYRO.** Hoc juramentum est de forma substantiali; eoque deficiente Exa-

minatores non dicuntur legitimi, & concursus factus coram eis ante præstitum juramentum est nullus, Sac. Congreg. Concilii in Alben. 2. Decembris 1628. Nicol. lucubr. canon. lib. 3. tit. 5. de Præbend. n. 15. Barbos. in Summ. decis. Apostol. collect. 201. num. 18. Rot. coram Buratt. decis. 262. num. 8.

**3 Sufficit tamen, quod in Synodo, vel extra semel saltem juramentum præstitum de officio fideliter exercendo, ut communiter tradunt Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. num. 359. Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 31. num. 94. Pac. Jord. tom. 2. lib. 10. tit. 8.**



tit. 8. num. 133. de Luca, de Paroch. di-  
scurs. 3. num. 6. Add. ad Buratt. d. decis.  
362. num. 12.  
4. Verum est tamen, quòd cum præsta-

tio juramenti fit solemnitas extrinseca,  
non præsumatur præstitum, sed probari  
debeat, ut dixit Rot. coram Buratt. dicta  
decis. 362. dict. n. 8. ubi Adden. n. 11.

Juramenti præstandi ab Advocato Pauperum in Causis spectan-  
tibus ad S. Officium.

F O R M U L A VIII.

**E**GON. Advocatus Pauperum in hac Curia Episcopali N. deputatus, pro-  
mitto, spondeo, ac juro, me fideliter Causas ad S. Officium in hoc Tribu-  
nali spectantes tractaturum, & utile, bonumque consilium Carceratis, & reis  
præbiturum, necnon silentium juxta sancita in Constitutionibus Summorum  
Pontificum, & præscripta à Supremo Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis Urbis  
sub penis in iisdem contentis servaturum. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta  
Dei Evangelia.

Juramenti præstandi ab ingressuro in Clausuram.

F O R M U L A IX.

**I**ON. d'età d'anni . . . . . deputato per . . . . . del Monastero delle Monache di  
S. N. prometto, e giuro, ch'entrerò dentro la Clausura solamente ne' casi,  
che porterà il preciso bisogno, cioè per quelle cose, e facende necessarie, che  
non possono farli senza la mia presenza, opera, & ajuto, & in tali casi chiamato  
dalla Madre Abbadessa entrerò dopo levato, & uscirò prima del tramontar del  
Sole: non parlerò con altre Monache, che con quelle, che mi faranno asse-  
gnate per assistermi, & accompagnarmi: non m'ingerirò in altro, che in far  
l'opera per cui sarò entrato, (e dalla quale procurerò di sbrigarmi colla sollecitu-  
dine possibile) nè in portare, ò riportare lettere, ò ambasciate. Così miaju-  
ti Dio, e questi Santi Evangelii.

Juramenti præstandi à Vicario Generali, & Consultoribus in  
Causis spectantibus ad S. Officium.

F O R M U L A X.

S U M M A R I U M.

1. *Officiales, qui pertractant Causas S. Officii, jurant de secreto tenendo.*
2. *Sicuti alii Officiales in genere in ingressu Officii jurare de jure tenentur servata Forma cap. 1. de jurejur. in 6.*

**E**GO N. . . . . in hac Curia Episcopali N. deputatus, promitto, spon-  
deo, & juro, me in Causis ad Sanctum Officium spectantibus fideliter officium  
meum executurum, secretum servaturum, nec alloquuturum, revelaturum, neq;  
tractaturum verbo, vel scripto, aut aliàs quovis modo de his, quæ concernunt  
Monacelli Form. Pars I. Q. 3 dictas



dictas Causas, nisi cum DD. Episcopo, Consultoribus, aliisque Officialibus ejusdem S. Officii sub poena perjurii, & excommunicationis latae sententiae, à qua non possim absolvi praeterquam in articulo mortis, nisi Sac. Congr. Cardinalium Sanctissimae Inquisitionis Urbis; sic me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia.

## ADNOTATIONES.

1 DE hoc juramento praestando à Consultoribus, aliisque Officialibus, qui Causas S. Officii pertractant, in actu quo admittuntur, & deputantur, agunt Massin. *in praxi S. Officii part. 9.* & Carea. *in tract. de Offic. Sanctiss. Inquisit. part. 1. tit. 8. §. Decimo n. 65.*

2. Et est etiam generale, quod Officialis in ingressu officii jurare debeant, quamvis sint solum assessores, vel Judices, ut pluribus auctoritatibus probat Ricc. *col. lect. 1002.* servata tamen dispositione Text. *in cap. 1. de jurejur. in 6.* scilicet quod Judices, & Officialis jurent licita, & possibilia & libertati Ecclesiasticae non obviantia, Bulla Gregor. XIII. inter Apostol. 13.

## Juramenti Judicum ante inchoationem Processuum super Beatificatione Sanctorum.

## F O R M U L A X I.

## S U M M A R I U M.

- 1 Juramentum praestandum in fabricatione Processuum Servorum Dei, praescribitur in Decretis Urbani VIII. & Innoc. XI.
- 2 Hoc juramentum praestatur non solum à Judice, sed etiam à Subpromotore, & Notario.

EGO infra scriptus tactis Sacrosanctis Evangelii coram me positis juro, & promitto fideliter adimplere munus mihi commissum, circa fabricationem Processuum in Causa Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei N. juxta formam Decretorum Sac. Congr. Rituum, & praecipue novissimorum, quae confirmata fuerunt à s. me. Innoc. XI. Necnon juro, & promitto religiosè servare secretum, tam de contentis in interrogatoriis, quam de Testium depositionibus super iisdem, & super articulis, nec de iis loqui cum aliqua persona, exceptis aliis Judicibus, & Subpromotore, ac Notario pro eodem Processu deputatis, sub poena perjurii, & excommunicationis latae sententiae, à qua non nisi à summo Pontifice (excluso etiam majori Pœnitentiario) praeterquam in mortis articulo absolvi possim: & ita promitto, & juro; sic me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia.

## ADNOTATIONES.

1. Q Uia saepe contingit à Sac. Congr. Rituum committi Episcopo, aliisque personis in Dignitate constitutis fabricationem Processuum, & receptionem Testium super Vita, Sanctitate, Cultu, & Miraculis alicujus Servi, seu Servae Dei, ponitur hic forma juramenti ab eisdem casu quod ad id fuerint delegati, praestandi, & ab eadem Sac. Congr. praescripti, ut habetur in Decretis Urbani

VIII. *super Beatificat. & Canonizat. Sanct.* & *in Decret. noviss. Innoc. XI. pag. 9.*

2. Hoc juramentum erit praestandum non solum à Judicibus delegatis, sed etiam à Subpromotore, & Notario. In construendo autem processu, servanda erit forma litterarum remisorialium, de quibus erit videndus Matta *in suo tra. de Canoniz. Sanctor. p. 5. cap. 2. 3. 4. & 5.* ubi, quae ad praxim pertinent, docet, & instantias conscribit, ac ipsas litteras remisoriales per extensum refert, & adnotationibus vestit.

Jura-



Juramenti Testium recipiendorum super eisdem Causis.

## F O R M U L A XII.

## S U M M A R I U M.

- 1 Juramenta Testium in Processu super Beatificat. Servorum Dei debent recipi tactis Sacris Scripturis, etiamsi sint Sacerdotes, & Prælati, exceptis Cardinalibus, & Episcopis, qui jurant tacto pectore.
- 2 Testes debent esse personæ graves, & fide dignæ.
- 3 Testium hujusmodi depositiones debent recipi in locis deputatis in litteris remissorialibus.

**E**GO infra scriptus tactis Sacrosanctis Evangeliiis coram me positus, juro dicere veritatem, tam super interrogatoriis, quam super articulis, super quibus examinabor, necnon servare secretum, nec alicui penitus revelare, tam contenta in iisdem interrogatoriis, quam responsiones, ac depositiones à me factas, sub pœna perjurii, & excommunicationis latæ sententiæ, à qua non nisi à Summo Pontifice (excluso etiam majori Pœnitentiario) præterquam in mortis articulo absolvi possim: Et ita promitto, & juro: sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

## ADNOTATIONES.

1. **H**Æc Testium juramenti forma præscribitur in iisdem Decretis novissimis Innoc. XI. d. pag. 9. nec præmittenda, præsertim in eo, quod juramentum præstetur tactis Sacris Scripturis ab omnibus Testibus, etiamsi Sacerdotes sint, & Prælati, exceptis Cardinalibus, & Episcopis, quorum juramentum sufficit, quod recipiatur tacto pectore, ut observat Matt. loco citato dicta p. 5. c. 2. nu. 59. ac injungi solet in litteris remissorialibus.

2. Advertere debet Judex, quod cum agatur de re gravæ in hujusmodi causis,

debent semper recipi, & admitti (quantum fieri poterit) personæ graves, fide dignæ, & præsertim Ecclesiasticæ, Dignitates, Canonici, & Sacerdotes, ut monet Matt. dicta par. 5. cap. 5. nu. 10.

3. Et quod eorum depositiones recipiantur in Ecclesiis, Oratoriis, aliisque piis locis ad id deputatis, ut pariter in litteris remissorialibus præscribi solet; nisi infirmitas Testium, vel alia urgens necessitas aliud suadeat. Cætera ad hanc materiam pertinentia videndi sunt, Matt. qui integrum volumen in lucem dedit, & Contilor. qui præcedenter alium tractatum de eadem re evulgavit.